1761. Processus iudiciarius in causa... infanticidii....

http://rcin.org.pl

XVIII.2.668.
http://rcin.org.pl

1761 D. N. 233 Kn 38

# PROCESSUS JUDICIARIUS

IN CAUSA PATRATI CRUENTI INFANTICIDII

PER INFIDELES JUDÆOS SENIORES

SYNAGOGÆ WOYSŁAVICENSIS, AC ALIOS,

IN OFFICIO CASTRENSI CAPITANEALI CRASNOSTAVIENSI

## DEFINITUS.

ANNO DOMINI 1761.

http://rcin.org.pl

Bibljoteka im. I. I. Michelskich Ze zbiorów
XVIII. 2. 668.
http://rcin.org.pl

# ACtum in Castro Crasnostavienſi Feriâ Quartâ poſt Dominicam Cantate proxima Annô Domini, Milleſimô, Septingenteſimô, Sexageſimô, Primô.

AD Officium & Acta præſentia Caſtrenſia Capitanealia Crasnoſtavienſia *perſonaliter venientes Generoſus Adamus Rojecki Illuſtrium Magnificorum Potockich Caſtellanorum Słonſcenſium Bonorum Oppidi Woyſtavice cum attinentiis Hæredum Aulicus & Arcis præſentis Crasnoſtavienſis Burgrabius, tum Laborioſi; Martinus & Catharina Andrzejuki Coniuges, de Villa Czarnołozy ſubditi infra nominandi Infantis mæſti & lachrymosi Parentes*, in aſſiſtentia Ejusdem Gnſi Rojecki agentes, cruentum ſcelus per infraſcriptos inculpatos nonnullos in carceribus degentes, alios ubivis exiſtentes patratum Actis publicis Regni exponendo, *in & contra Infideles Sender Zyſkieluk, Herſzko Jozefowicz Rabinum, Leyba Moſzkowicz dictum Sienicki, Jos Szmuyłowicz Seniores, totamque Communitatem Synagogæ* Oppidi Woyſławice, atq; Infidelem Leyba Szmuyłowicz, Tabernalem in Bonis Czarnołozy Celſiſſimorum Ducum Radziwiłow Conjugum, Præfectorum Stabuli Magni Ducatus Lithvaniæ Hæreditariis Arendatorem, *ac alios quosvis Judæos ubivis locorum exiſtentes manuales Nicolai Infantis laborioſorum Andrzejukow Filii infanticidas immanis ſceleris Executores, Complices* Fautores, Conſultores, & cooperatores, ne tantum nefas impune prætereat, imo exemplariter pro crudeli facinore, crudeli pæna pariter plectantur, ſolenniter proteſtati ſunt in eum modum, & pro eo. *Quia ipſi ſitientes ſangvinem Chriſtianum* in ordine perficiendarum ſuperſtitionum, prout Gens DEO abominabilis, licet pro talibus in anteceſsum patratis exceſſibus, Decretis



http://rcin.org.pl

tam Tribunalitiis, quam Caſtrenſibus variis in locis redarguti criminales pœnas ſuſtinuerunt, tamen incorrigibilitati, & ſuæ innatæ malitiæ, in hoc Sereniſſimo Regno tolerati, intraq; viſcera Reipublicæ in omni commoditate conſervantur, indulgendo, ſangvinemquè Chriſtianum ſitiendo, ſtigia crudelitate imbuti, auſi ſunt, temereque præſumpſerunt *Annò præſenti in actu expreſſo Die vigeſima ſeptima Menſis Martii*, ideſt Feriâ ſextâ poſt Feſta ſolennia Reſurrectionis CHRISTI Domini, per ſubordinatos Judæos, equis inſidentes, penulis, alias opończami indutos, alios curru diſcedentes Puerum nomine Nicolaum Annum ſemitertium vitæ ſuæ agentem Chriſtiano chriſmate Baptismi linitum, prædictorum laborioſorum Andrzejukow Parentum afflictorum Filiolum, ex caſa eorundem Parentum circa ſemitam locata paululum exeuntem, jam facta conſultò taciturna doloſitate invigilantia, furto abſtulerunt & ſub penulam equo inſedendo, ne patefiat, cum omni clandeſtinitate aſservarunt, taliterquè executo Infantis crimine, cum eodem infante ablato, ad exequendum exoſum infanticidium velociſſimo curſu ad arendatorem in Czarnołozy, ſeu alium ſecretiorem locum properarunt, dum vero extempore talem filii ſui deperditionem lachrymabundi Parentes ſollicite per varias vicinorum caſas invaſtigaverant, ad arcem Woyſłavicen: de hoc infelici caſu notificaverant, antequam Infantulus ablatus inveſtigari potuerat, perfidi Judæi Chriſtiani ſangvinis helluones crudeliſſime ac innata ferocitate ſua præfatum Infantulum infra præſentatum martyrizarunt, variiſq; inſtrumentis acutiſſimis ferreis innocuum ſangvinem ex eodē parvulo exsiccarunt, omniq; atrocitate adhibita, eundem Infantem in holocauſtum & victimam ſupremo Numini, ipſi Judæi pro tali exceſſu Diabolica mancipia, tradiderunt, *Corpuſculnm autem infantis enormiſſimè cruciatum variis in membris & venis Corporis confoſſum & compunctum uſquè ad diem heſternam latitarunt, & ut nefas exoſum non patefiat, hocce corpoſculum cruciati Infantis uno ſtadio à caſa dictorum Parentum in longum diſtanti, ad devorandum canibus*

http://rcin.org.pl

*ſeu*

*ſeu rapacibus lupis, aut volatilibus Cæli projecerunt*, quod taliter projectum à cane caſualiter præventum in pedibus devoratum, ac deguſtatum eſt, uniusq; pedis fragmentum notabile, alterius vero tantummodo particulæ oſſium, reliquū vero corpuſculum exſangve martyrizatum à tergo infra per canes corroſum, deglutiatum, in fundo Woyſtavicenſi die heſterna Divino preſsè miraculo per ſubditum Woyſtavicenſem repertum eſt; *Et pro majori* in tali crimine inculpatorum Judæorum convictione, tam coram Actis Officii præſentis, quam *in publico Foro Civitatenſi circa* proclamationem cadaveris præſentatum. *Ut autem ſcelus* nefandum patrati infanticidii per Judæos Woyſtavicenſes ac alios eorum cooperatores ſangviſugas, & publicos Tyrannizatores pœnis atrociſſimis ſubjectum, *circa expoſitionem dicti* ſceleris etiam in ante per Judæos Woyſtavicenſes ſimilis expleta actio nefanda exaratur. *Etenim modo primum conſtat certam vagabundam mulierem in Oppido Woysławice circa Judaica ſervitia cum puerulo commorari, ſucceſſu vero temporis ſine geſtitato Puerulo per Oppidanos Woyſtavicenſes eſt conſiderata, ac præventa, quod cum divulgatum exſtiterat, brevi Mulier illa deperiit, ſupponitur per Judæos ſuffocata, ſeu neſcitur, quonam conversa; cernendo itaq; in præmiſſis Legem Divinam & humanam violatam eſſe, ne talia crimina impunita maneant*, Iidem ut ſupra Proteſtantes contra præfatos Judæos, eorumq; quosvis Complices iterum iterumq; proteſtantur. *Et in verificationem præmiſſorum iidem Proteſtantes præſentaverunt Officio præſenti* Corpus exſangue Infantuli Martyrizati à canibus circa lumbos & pedes tum à tergo infra devoratum, & fragmentum pedis corroſi cum planta & crure, tum alterius pedis fragmenta oſsis à devoratione canina ſuperreſtantia, circa corpus inventum exſangve, itidem inventa, totum vero corpuſculum per varia corporis membra, artus, & venas ſectum, Martyrizatum, & compunctum; *videlicet in eodem Corpuſculo ſigna livida, ſangvinolenta, talia:* Na głowie nad ſamym czołem między włoſami rana iedna wielka krwawa, na czole nad okiem prawym ran trzy krwa-

http://rcin.org.pl

krwawych, także na rogu Głowy prawey ſtrony rana iedna, krwawa, nie daleko ucha rana iedna, wedle ſamego ucha ran małych krwawych trzy, pod uchem ran krwawych więkſzych trzy, mnieyſzych ran cztery, na Twarzy ran dwie, na ſzyi ſamey, prawey ſtrony na ſamych żyłach rana iedna wielka krwawa głęboka, mnieyſzych także krwawych ran dwanaście, na pulſie przy lewym uchu ran znacznych dwie, na Twarzy lewey rana iedna, na ramieniu prawey ręki rana iedna, ku łokciowi teyże ręki ran krwawych znacznych cztery, wedle ſamego łokcia rana iedna, niżey łokcia ku pięści rana iedna, na dłoni zwierzchu na ſamych żyłach rana iedna wielka krwawa, na żyłach od każdego palca idących ran pomnieyſzych ſześć, pchniętych czyli poderzniętych, na boku prawym niżey ſzyie rana iedna, między żebrami ran znacznych dwie, u lewey ręki palce poderznięte, w dłoni rana iedna wielka, na ſtawie przy pięści, gdzie ſię żyły ſchodzą, wſzyſtkie poderznięte, nie daleko łokcia rana iedna, na ſamym zginaniu teyże ręki, to ieſt medyannie rana iedna wielka y długa pchnięta, wedle niey druga mnieyſza krwawa, wyżey łokcia między żyłami rana iedna, wedle ramienia ran dwie krwawych; *na ſamym Sercu ran wielkich pchniętych trzy*, na pierſiach około Serca ran krwawych dwie; na ſamey ſtopie lewey nogi poprzek żył rana wielka długa, cięta, na oſtatek nożki kawałek z goleniem. *Całe zaś ciało zekrwawione, zſiniałe, y oprocz wyrażonych ran, ſkłote y zbite, że członka zdrowego niemaſz*, per prædictos Judæos inculpatos Woyſławicenſes prope caſam Parentum infantis præſentati projectum. *Quod Officium præſens vidit* & Actis ſuis fideliter connotari fecit. *Hicque in continenti Iidem* Proteſtantes petierunt ab Officio præſenti Miniſterialem Regni Generalem Providum Stanislaum Wdowicki Authenticatum, Juratum, ad infraſcripta addi, & deputari. Qui quidem Miniſterialis ab Officio præſenti additus, præſentibus Generoſis Franciſco Farurey, & Joanne Maſsalſki, ac aliis Generoſis ac Nobilibus ad hunc locum pro Terminis Querelarum Officii Caſtrenſis

ſis

http://rcin.org.pl

ſis Craſnoſtavienſis congregatis, variiquè ſtatus & conditio-nis hominibus, tam ante Cancellariam præſentem, quam in Foro Civitatenſi Kraſnyſtaw publicè liberèquè reco-gnovit, ſe præfatos Judæos eorumquè complices pro ma-nualibus actualibus Homicidis publicaſse, & quatuor vici-bus de more ſolito alta, ac ſonorosa voce præconica, pro-clamaſse, & ad notitiam omnium, ut Juris & moris eſt, ſuf-ficienter deduxiſse. De quô præſens ejusdem Miniſteria-lis Relatio. *Correxit Gorajewſki.*

(L. S.)

*Lecta: per Zawadzki.*

*Actum in Caſtro Crasnoſtaviensi in Terminis Querelarum, ſeu Judiciis Cauſarum Officii Feriâ Tertiâ poſt Dominicam Jubilate proximâ, Annô Domini, Milleſimô, Septingentesimô, Sexagesimô, Primô.*

AD affectationem Partis ejus, cujus intereſt Officiũ præ-ſens Castr: Capitt: Craſnostt: Decretum infraſcri-ptum inter Partes infranominandas Actu ſupraſcrõ latum, de tenore ſequenti: *Inter Inſtigatorem loci præſentis, tum Generoſos Ignatium Dąmbſki Michäëlem Czerkaſki*, Bonorum Oppidi Woyſławice Adminiſtratorem, Andream Nadwodz-ki, *Adamum Roiecki Actores per Generoſum Dąmbſki unum ex Actoribus* ſuo & aliorũ Actt: nomine pltẽr. Laborioſos Marti-num & Catharinam Jędrzejuki Conjuges de Bonis Czar-nołozy ſubditos in aſſiſtentia ſupraſcripti Generoſi Dąmb-ſki, Illuſtris Magnifici Potocki Caſtellani Słonſcenſis Aulici Actt: perſonaliter, & Infideles Szender Zyſkieluk; Herſzko Jozefowicz Rabinum, Leyba Moſzkowicz dictum Sienic-ki, Jos Szmuyłowicz, Incolas & Seniores Synagogæ Woy-ſławicenſis incarceratos ſtatutos pltẽr. Communitatem Synagogæ ejusdẽ Woyſławicenſis ac alios complices itidem citatos per infidelem Icko Noſynowicz Oppidanum Zamo-

ſcenſem

http://rcin.org.pl

ſcenſem. Infidelem Leyba Szmuyłowicz Tabernalem in Bonis Czarnołozy Arendatorem incarceratum ſtatutum pltēr. Officium &c. Quoniam Cauſa præſens objectæ cruentæ necis in perſona olim Laborioſi Nicolai Infantis, Laborioſorum Martini & Catharinæ Jędrzeiukow de Bonis Czarnołozy ſubditorum Conjugum, Filii patratæ, ſuo in Judicio promovetur, Idcirco Offm̄ ad excipienda libera confeſsata ex Infidelibus ſupraſcriptis Incarceratis ſtatutis acceſſit; Quibus expeditis, ſuſpenſa lectione eorundem Confeſſatorum libere depoſitorum, pro elucidatione majori & inveſtigatione tam enormis criminis, neceſſariam eſſe Condeſcenſionem Officii ſui, ad Fundum Bonorum Oppidi Woyſławice, uti locum delicti, hinc & pro Feria Quarta poſt Dominicam Exaudi in annô præſenti conducendi cenſet; Quod Offiū Condeſcenſurum, Inquiſitiones ex teſtibus fide dignis, ad contenta Propoſitionis, & Proteſtationis cum præſentatione cadaveris olim ſupraſcripti Infantis, crudeliter cruciati, ſub celebratione Terminorum Querelarum immediate factæ, tum ſuper circumſtantias ejuſdem criminis expediet, iisdemq; expeditis, id, quod Juris & juſtitiæ erit, decernet. Confeſſata vero liberè depoſita ſigillo Caſtri præſentis obſigillata, Parti actoreæ extradidit, & ad negotium conſervanda cenſet. De verbo ad verbum prout in Prothocollo Decretorum continetur, extradere Parti affectanti permiſit.

(L. S.)

*Correxit Gorajewſki.*
*Legit Godlewſki.*

*Actum in Fundo Bonorum Oppidi Woysławice, Curiaq; ibidem sita Feria Quarta poſt Dominicam Exaudi proximâ Annô Domini Milleſimô, Septingentesimô, Sexagesimô, Primô.*

*Præſentibus Generosis Floriano Zgodziński, Caſimiro Godlewſki, Mathia Kuleſza, aliisq; plurimis variæ Conditionis hominibus*

http://rcin.org.pl

*minibus Actui præſenti adſtantibus, nec non Miniſteriali Regni Generali Provido Chriſtophoro Kuzmiński, Authenticato Jurato, Actus apparitore & proclamatore.*

OFficium Caſtr: Capitt: Craſnoſtavienſe infraſcriptum in virtute Decreti Judicialis Officii ſui Feriâ Tertiâ poſt Dominicam Jubilate Annô præſenti Milleſimô, Septingenteſimo, Sexageſimô, Primô, inter Partes infraſcriptas lati. Quo mediante Inquiſitio ex Teſtibus Fide dignis ad contenta Propoſitionis & Proteſtationis cum Præſentatione cadaveris olim Infantis Nicolai crudeliter cruciati, laborioſorum Martini & Catharinæ Jędrzejukow de Bonis Czarnołozy, ad Tractum Woyſławicenſem ſpectantibus ſubditorum, Filii fact: tum ſuper circumſtantias criminis eſt injuncta, ibidemq; quod Juris & Juſtitiæ eſt, deciſio præcommiſsa, ad Fundum præmiſsorum bonorum, uti locum delicti condeſcendit, Juriſdictionem Officioſam fundavit, qua fundata, & per Mrlēm proclamata, vergente ad occaſum ſole, actum præſentem ad diem craſtinam reclamare injunxit. Die vero craſtina Reaſſumpta eadem Juriſdictione Partes ad inſcribendam comparitionem per Miniſterialem acclamare mandavit. *Quo in termino, Partibus & quidem actorea Generoso Inſtigatore Caſtren: Capitt: Craſnoſtavienſi*, tū Generoſis Jgnatio Dąmbſki, Michaele Czerkaſki, bonorum præſentaneorum Oppidi Woyſławice Adminiſtratore, Andrea Nadwodzki, Adamo Rojecki, per Generoſum Jgnatium Dąmbſki unum ex Coactoribus ſuo & aliorum Actorū Nomine perſonaliter. Laborioſis Martino & Catharina Jędrzejuki Conjugibus de Bonis Czarnołozy ad Tractum Woyſławicenſem ſpectantibus ſubditis, olim infantis, nomine Nicolai crudeliter interempti Parentibus, in aſſiſtentia præfati Generoſi Dąmbſki Illuſtris Magnifici Potocki Caſtellani Słonſcenſis dictorum bonorum Woyſławice Hæredis, Aulici itidem actoribus perſonaliter Citata vero *Inſidelibus Szender Zyſkieluk, Herſzko Jozefowicz Rabino, Leyba Moſzkowicz, dicto Sienicki, Joś Szmuyłowicz, Incolis & Senioribus Synago-*



http://rcin.org.pl

*gæ Woyſtavicenſis incarceratis ſtatutis perſonaliter. Communitate dictæ Synagogæ Woyſtavicenſis ac aliis complicibus itidem Cittis per Infidelem Icko Noſynowicz, Oppidanum Zamoſcenſem, infideli Leyba Szmuyłowicz*, Tabernali in Bonis Czarnołozy Arendatore incarcerato ſtatuto perſonaliter. Officium adhærendo Decreto Officii ſui Teneri Partes hac in Cauſa Interrogatoria regeſtrumq; Teſtium conſcribere, ſubſcribere & ſibi abinvicem communicare cenſet, idq; inſtantanee; Et quoniam tam Interrogatoria Pars actorea & è converſo citata cum Reſponſoriis, quam & regeſtrum Teſtium conſcripſerunt, ſubſcripſerunt, ſibique communicarunt, ſatisfeciſſe Sententiæ Officii ſui adinvenit, Teſtesq; ad auſcultanda Teſtimonia inducere mandat. *Ex quibus Teſtibus ab* utraqué Parte introductis, juratoriè depoſitis teſtimoniis exceptis, *Partes ad Comprobationem Juratoriam* ſuper incorruptionem Teſtium admiſſibiles adinvenit, miniſterialemque ad Rothisandum addit. Et quoniam ex parte actorea unus ex Delatoribus *Generoſus Ignatius Dąmbſki*, ex parte verò citata *bini Judæi Synagogæ Woyſtavicenſis, Moſzko Abuſiuk & Szmul Wulfowicz, idem Juramentum ſuper incorruptionem Teſtium*, & quidem Infideles Judæi ſuper Rodale ſuum obſervata Juramentorum ſolennitate in facie Officii ſui præſtiterunt. *Proinde poſt præſtitum, cauſam præſentem cum paratis* iisdem Inquiſitionibus & comprobatis rurſus *ad Officium ſuum primosq; & proximos Officii ejusdem Querelarum Terminos Remittit* judicandam, conſervando partibus terminum protunc comparendi paratum peremptorium. Decreti præſentis vigore.

*Thomas à Stamierowice Stamierowſki Vexillifer Diſtrictûs & Vice-Capitaneus Caſtrenſis Crasnoſtavienſis.*
*Martinus Kozmian, Judex Caſtren: Capitt: Craſnoſt:*
*Antonius à Kochow Kochowſki, Notarius Caſtren: Capitt: Craſnoſtavienſis.*

### *In Caſtro Crasnoſtavienſi.*

FEriâ Sextâ, poſt Octavas Feſti Sacratiſſimi CORPORIS CHRI-

CHRISTI Domini proximâ, Annô Ejusdem Milleſimô, Septingenteſimô, Sexageſimô, Primô. Decretum Condeſcenſionis introconteñ: per oblatam ſuſceptr: *Induct.*

*Actum in Caſtro Craſnoſtavienſi in terminis Querelarum ſeu Judiciis cauſarum Officii Feriâ Tertiâ ante Feſtum Sanctorum Viti & Modeſti Martyrum proximâ, Annô Domini Millesimô Septingentesimô Sexagesimô Primô.*

AD affectationem Partis, cujus intereſt Officium præſens Caſtrenſe Capitaneale Craſnoſtavienſe, Decretum infraſcriptum inter Partes interius nominandas actu ſupraſcripto latum de tenore ſequenti. *Inter Generoſum Bartholomæum Klimaczewſki Inſtigatorem Loci præſentis, tum Generoſos Ignatium Dąmbſki, Michàélem Czerkaſki Bonorum Oppidi Woyſtavice Adminiſtratorem, Andream Nadwodzki, Adamum Roieczki Actores* per Generoſum Dąmbſki unum ex Actoribus ſuo & aliorum Actorum nomine perſonaliter, *Laborioſos Martinum & Catharinam Jędrzejuki*, Conjuges de Bonis Czarnołozy, ſubditos in aſſiſtentia ſupraſcripti Generoſi Dąmbſki, Jlluſtris Magnifici Potocki, Caſtellani Słonſcenſis aulici itidem Actores personaliter, *& infideles Sender Zyſkieluk*, Herzko Jozefowicz Rabinum, Leyba Moſzkowicz, dictum Sienicki, JOś Szmuyłowicz, Incolas & Seniores Synagogæ Woyſtavicenſis incarceratos ſtatutos perſonaliter, necnon communitatem Synagogæ ejusdem Woyſtavicenſis ac alios, complices itidem citatos, per infidelem Icko Noſynowicz, Oppidanum Zamoyſcenſem, tum infidelem Leyba Szmuyłowicz Tabernalem in Bonis Czarnołozy Arendatorem incarceratum ſtatutum per eundem. Officium Caſtrenſe Capitaneale Craſnoſtavienſe teneri partes utrasqué reponere tam libera conteſſata in anteriori caden-

 tia

http://rcin.org.pl

tia terminorum Querelarum Officii ſui ex infidelibus Judæis ſtatutis excepta, quam inquiſitiones in termino Condeſcenſionis ab utrinq; eductas cenſet idqué inſtantaneè, et quoniam repoſuerunt, ſatisfeciſſe hoc in puncto ſententiæ Officii ſui adinvenit, nihilominus ſupenſa lectione eorundem confeſsatorum, & inquiſitionum eosdem infideles Judæos incarceratos pro Crimine Infanticidii inculpatos, utpote Sender Zyſkieluk, Herzko Jozefowicz Rabinum, Leyba Moſzkowicz, dictum Sienicki, Jos Szmuyłowicz, & Leyba Szmuyłowicz, ad Confeſſata Torturata per publicum Juſtitiæ Miniſtrum ter admoto igne expedienda, deſtinat, et pro executione ad Magiſtratum Civitatis præſentis Craſnoſtavienſis remittit, idqué Inſtantanee, ſubſequenda. Expeditis itaqué coram Officio Civili Craſnoſtavienſi Magiſtratus compoſitt: Confeſſatis Torturatis, & ſui in Judicio repoſitis reſolvendo immediatam ſuſpenſionem, tum propoſitiones in vim termini Tacti editas decidendo, ad lectionem tam Inquiſitionum, quam etiam Torturatorum Confeſſatorum condeſcendit. Quibus lectis, maturaque deliberatione penſatis & trutinatis. Quoniam tam ex inquiſitionibus, quam etiam ex Confeſſatis Torturatis plurimum ſeſe conformantibus luculenter conſtat Synagogam Woyſtavicenſem, *una cum aliis ex variis locis congregatis Judæis, videlicet Marko Krosniczyńſki, Szloma Pliſkoſki, Berko & Leybus de Woyſtavice, Szloma Infidelis Kochman Arendatoris Craſnoſtavienſis Filio, Percychayda Icko Iłow moderno Arendatore Mołodiatycenſi, & Cahali Chełmenſi conſilium, in ordine procurandi* Sangvinis Chriſtiani circa imminentia Feſta Paſchæ Judaicæ ſecundum practicatum eorum deteſtandum morem iniviſse, hocque ex conſilio habita notitia de Infantulo Puero Nicolao Laborioſorum Jędrzejuki Filio in ultima casa in Villa Czarnołozy, prope Oppidum Woyſtavice ſita commanentium, ſæpiſſime extra casam eandē vaganti, multumqué ad impiam immolationem præmiſſis Conſultoribus placenti, ad rapiendum eundem Infantulum infideli Srul, ex Bonis Tractus Stulnenſis Tabernatori,

commiſſum

http://rcin.org.pl

commiſſum dediſſe, cujus commiſſi eundem infidelem Sruſ, effectum peregiſſe, raptoqué die Feriæ Sextæ Infantulo eundem infantulum ad infidelem Leyba Szmuyłowicz ſocerũ ſuum in Villa Czarnołozy, ad Bona principaliora Oſtrow, Jlluſtriſſimorum Radziwiłłow, Stabuli Magni Ducatus Lithvaniæ Præfectorum Conjugum ſpectanti, Tabernatorem advexiſſe, & inibidem depoſuiſſe, ipſummet verò iter ad Oppidum Chełm, ſeu alio arripuiſſe, depoſitum quoquè Infantulum tota die apud infidelem Leyba Szmuyłowicz, conſervatum eſſe, nocte autem profunda eundem infidelem Leyba Szmuyłowicz, cum ſæpefato Infantulo ad Oppidum Woyſławice diſceſſiſſe, & ad Domum infidelis Jos adveniſſe, ac eidem ad manus extradidiſſe, infidelem quoq; Jos accepto eodem Infantulo & ad fornicem transportato inibidem, Rabino Woyſlavicenſi, Leyba Moſzkowicz, Sienicki vocitato, Sender Zyſkieluk, & aliis ad nefandam Executionem Infantuli congregatis crudele Martyrium perpetraſse, & quidem Rabinum Woyſlavicenſem cultro ad Circumciſionem in Religione ſui obſervatam uſitato, vulnus manui dextræ venæqué medianæ & digito parvulo inflixiſſe, taliterqué inchoatam per Rabinum crudelitatem, etiam alios ad id congregatos Judæos, continuaſſe, & Corpus Infantuli plurimis puncturis, prout etiam officioſa obductio & præſentatio Corpuſculi edocet, affeciſſe, ſangvinemqué innocuum ad ultimam guttam effudiſſe, & niſi tempus ſufficeret, dolio ad exercenda Martyria Infantulorum conſulto comparato, præfatum Infantulum imponere intendiſſe, effuſo itaqué Sangvine innocenti, eundem ſangvinem *uti nexus eorum Religionis, ſeu potius pſeudodogmata, vulgo Talmuty ſimulant, ad varia maleficia & ſuperſtitones omnino eſſe neceſſarium*, in varia loca, utpote ad Civitates Brody, Chełm, Rejowiec, Krośniczyn, Uchanie, *diſtribuiſſe*, Corpuſculum autem exſangue Martyrizatum ſub domo Infidelis Mordka in exotum fimum per Infidelem Majer Lanionem, ex mandato Seniorum occultatum eſſe, in poſt deniqué idem Corpuſculum, non procul à domo Labori-

oſorum

oſorum Jędrzejukow Martyrizati Parentum, non alia, verum Judæorum induſtria & ſtudio, licèt ex perverſitate procedenti, magis tamen elucidationem criminis, quàm obumbrationem adferenti, in loco lutoſo inter rubeta *Łozy* dicta projectum, per Laborioſum Josephum Jedynak caſualiter Divina favente Gratia jam in parte à cane deglutiatum, circa ejusdem canis morſum inventum extitiſſe, quod corpuſculum coram Actis Officii ſui præſentatum fuiſse, inſuper ultra ejusmodi recenter patratum ſcelus alia crimna, Infanticidia, Homicidia, *Eccleſiarum furta*, ſeu deprædationes, & quod animus meminiſſe horret, cum profanatione Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti commiſsa enarraſſe, utpote infidelem Sender Zyſkieluk iniquiſſimum commercium, per coëmptionem binorum Infantulorum, unius, à muliere quadam vaga, pejori, quam caninæ naturæ, Matre, pro uno Imperiali ſub tempus nundinarum in Woyſtavice, alterius apud vagabundum latronem pro ſeptem Tynfonibus, & uno Sextario, diſtincto tempore attentaſſe; & ſimiliter cum Rabino Woyſtavicenſi, & Senioribus Judæis Woyſtavicen: nunc incarceratis, ac aliis eosdem infantes emptos cruciaſſe, & exſangvinolaſse, Mulierem autem feræ potius, quam Matris nomine dignam, dato eidem ſextario, de oppido Woyſtavice, ne aliquomodo pateſiat ſcelus, tam Jodæos, quàm eandem inculpans, & condemnans, expediviſſe, & migrare feciſſe, deinde eundem Infidelem Sender Zyſkieluk itidem cum Judæis Woyſtavicenſibus Senioribus tam incarceratis, *quàm etiam Infidelibus Morek Krosniczynſki, & Szloma Pliſkowſki*, *Laborioſum Wawryn*, *prout ex Torturatis Confeſsatis conſtat vocitatum*, in Bonis Woyſtavice tranſeundo, commanentem, & Judæ s obſequia agentem enormitèr, nempe ſecuri, capite amputato, interemiſſe & ſangvinem elicuiſse, Infideles quoque Herzko & Chaim Szkulniki Woyſtavicen: corpus evexiſſe, & fimo, ubi ad præſens pons extructus exſtat, ſepeliviſſe, apud quem taliter interemptum Tynfones Centum Septuaginta Quinque præventos intercepiſſe, non tam autem motivo lucri præmiſſæ

pecuniæ;

http://rcin.org.pl

pecuniæ, quàm adimplendæ continuæ ſatietatis Chriſtiani Sangvinis, promiſſam Tyrannidem commiſiſſe; ne itaq; in tanta exceſſuũ abundantia, demerita ſubmergatur pœnalitas, ſed potius ex puro Juſtitiæ fonte emanans rigor sitim Judaicam Chriſtiano Sangvine flagrantem extingvere poſſit, inhærendo legibus Regni, ac præjudicatis, pœnas criminales Infideles Jos Szmuyłowicz, Sender Zyſkieluk, Leyba Moſzkowicz, Sienicki dictum, & Leyba Szmuyłowicz, infraſcriptas promeruiſſe ſententiat, & ad convictionem criminalem mettertium unum ex delatoribus admittit, in eam Juramenti Rotham, prout præfati Infideles pro Infanticidio inculpati, ſunt rei mortis. Additur Miniſterialis ad rothiſandum. Quod Juramentum ſiquidem Laborioſus Martinus Jędrzejuk cruciati Infantis Nicolai Parens, & Famati Michaël Kołodzieyczuk, Pro-Conſul, Antonius Wuytowicz Scabinus, Oppidi Woyſławice, in facie Judicii ſui præſtiterunt, poſt quod præſtitum eosdem inculpatos ſupraſcriptos multis criminibus redargutos, per publicum Juſtitiæ Miniſtrum vivos dilaniandos arbitratur, Capitaqué eorum & partes cadaveris palis circa vias publicas affigenda mandat, ac pro Executione ejuſdem pœnæ ad Officium Civile Craſnoſtavienſe remittit. Infidelem quoque Srul de Bonis tractus Stulnenſis Tabernatorem profugùm, *ac alios complices Confeſsatis Torturatis indigitatos ubiqué locorum captivandos & ad quodvis Judicium*, ſive Officium Civile aut etiam Villanum adducendos & pœnis criminàlibus mulctandos Judicat. Quoniam autem Infidelis Herzko Jozefowicz Rabinus Woyſławicenſis, poſt ſubſecutam injunctorum Torturatorum Confeſſatorum ſententiam; conſcius facti ipſemet fata ſibi (propter evitandam conteſtationem criminum per eum principaliter uti Seniorem & Rabinũ, adminiſtratorũ & perpetratorum) accelerando, proprio ad id concurſu, Diabolicaqué accedente ope, in loco carceris eſt ſuſpenſus, *Idcirco cadaver ejus terra ſuſtineri indignum*, per ſuprafatũ Juſtitiæ Miniſtrum caudæ equinæ alligandum & ad locum ſupplicii extrahendum, ac inibidem rogo imponen-

http://rcin.org.pl

ponendum & comburendum ac inpoſt, cineres ejus in ventos & àérem diſſipandos, & ad inanitionem disiciendos jubet. Confeſsata utraqué, & inquiſitiones hac in Cauſa eductas & expedita ſigillo Caſtri præſentis obſigillata, Parti Actoreæ extradit. Quo vero attinet cauſata Damna & litis expenſas, injungit, quatenus Synagoga Woyſlavicenſis Mille Marcas Polon: contribuat, ex eisdemque contributis Ducentas Marcas Parentibus Infantis Cruciati, Laborioſis Jędrzejukom, octingentas vero pro re aliorum Delatorum ac inſuper Centum Septuaginta Quinque Tynfones, circa interemptum olim Laborioſum Wawryń, interceptos pro anima ejus, *ad manus, & quietationem Generoſi Dąmbſki, ſeu alius Delatoris hinc & in Quatuor ab Actu præſenti ſeptimanis ſub Pœna Banitionis perpetuæ circa faciendam Manifeſtationem publicanda ſolvant & realiter enumerent.* Generoſus verò Dąmbſki, tam portionem Laborioſorum Jędrzejukow ad manus eorundem, quam etiam Centum Septuaginta Quinque Tynfones, ad Eccleſias utriusquè Ritus prævils quietationibus diſtribuat. In vim quoquè taxæ Capitis proprietatem quamvis eorundem ſuppliciatorũ in Domibus & rebus mobilibus exiſtentem liberæ Diſpoſitioni & Poteſtati Hæredis Jlluſtris Magnifici Potocki, Caſtellani Słonſcenſis præcommittit. De verbo ad verbum, prout in Prothocollo Decretorum continetur, extradere mandavit.

*Correxit Gorajewſki.*

*Thomas à Stamierowice, Stamierowſki, Vexillifer Diſtriſtrictus & Vice-Capitaneus Caſtrenſis Crasnoſtaviensi,*

(L.S.)

*Martinus Kozmian, Judex Caſtren: Capitt: Craſnoſtaviensis.*

*Antonius à Kochow, Kochowſki, Notarius Caſtrenſis Capitanealis Crasnoſtavienſis.*

*Legit Godlewſki.*

KROTKIE

http://rcin.org.pl

# KROTKIE OPISANIE

*w Ktorym ſię wyrażaią znacznieyſze niektore okoliczności, przy wykonaniu wzwyż pomienionego Dekretu naſtąpione.*

ZA ſzczegulnym J. WW. JMCiow Państwa Kaſztelanow Słońſkich rozporządzeniem, a roſtropnością nad więzieniem Przełożonych, pomienieni w Dekrecie więźniowie, przez cały ſprawy przeciąg, tak rozſadzeni byli, iż nietylko z obcymi Zydami, ale z ſobą nawet widzieć ſię y znoſić nie mogli. Przetoż cała ich w więzieniu zabawa była, uſtawiczna prawie z nawiedzaiącemi ich, podług obowiązku miłości bliźniego, tak Duchownymi, iako y Swieckiemi, rozmowa o Wierze, albo ſtoſuiących ſię do Ich oświecenia ſpoſobach. A lubo w początkach zatwardziałemi ſię w niedowiarſtwie ſwoim bydź pokazali, już dla grubych odpowiedzi; iuż dla nieludzkiego na pytania milczenia; przecież o niektorych ſłabą przynaymniey nadzieię czyniła w częſtym o prawdziwey Wiary znakach, wypytywaniu ſię Ich ciekawość; aż nakoniec po wyciśnionym przez zwyczayne korporalne konfeſsaty, do ſprawy należącym Ichże ſamych wyznaniu, ktore oni dobrowolnie potym potwierdzali, miękſzemi ſię nieco ſtali. Bo gdy oſtatni na nich od Prześwietnego ſądu wypadł wyrok, a WW. XX. Jezuici każdemu zoſobna częſtym ich nawiedzaniem, niebeſpieczeńſtwo zguby wieczney po utracie życia docześnego przekładać zaczęli; dwoch przecie; w więzieniu nawrocili ſię; y lubo poniekąd za odebraną po Dekrecie śmierci wiadomością, cofać ſię y mieſzać poczęli, przecież gruntownemi namowami, powtornie w przedſięwzięciu utwierdzeni: ochrzceni iednak dopiero na ſamym placu, dwa zaś inni w uporze ſwoim nie przełamani ſtali.

C Po prze-

http://rcin.org.pl

Po przeczytanym dnia naznaczonego około godziny ſiodmey zrana dekrecie, do ktorego ſłuchania, zoſobna po iednemu prowadzeni byli; gdy przydani im Kapłani, do ſądu o miłoſierdzie wſtawiali ſię, taką odebrali odpowiedź: iż chcącym ſię nawrocić, ćwiertowanie żywcem, na ſamo tylko ścięcie łaſkawie odmienia ſię; zatwardziałym zaś, iako politowania niegodnym, ſurowość wyroku nie odmienna oświadcza ſię. W tym zaſzły cztery oſobne wozy, na ktore wſadzeni winowaycy między otaczaiącymi ſię zewſząd zbroynemi, przy zgromadzonym na kilka tyſięcy rożnych ludzi orſzaku, na plac od Miaſta odległy prowadzeni byli: Dway pierwſi z idącemi tuż przy wozach Xiężą Jezuitami, akty tym okolicznościom ſłużące powtarzaiąc; drudzy zaś gorące a gruntowne tychże Kapłanow namowy, przyczyny y wykłady iakożkolwiek rozważaiąc. Gdy na zgotowanym ſtanęli placu, dway pierwſi ochrzczeni, y po przyzwoitym do śmierci przygotowaniu ścięci. Zgromadzeni potym do trzeciego Kapłani y inni iuż łagodnym niebeſpieczeńſtwa Duſzy przekładaniem, już modlitwą y weſtchnieniem, to na koniec ſprawili, że y w tym łaſka Boſka prożną niebyła; nawrocony bowiem, ochrzczony y ścięty był. Większa nierownie praca y trudność była około podeſzłego w leciech, czwartego y w uporze zaſtarzałego, ktory na to wſzyſtko, co ſię działo dotąd, patrząc, niewzruſzonym ſię pokazywał. Y gdy wſzyſtkie namowy, iak gdyby o głuchą obiiały ſię ſkałę; nic nie pomagały; ſam ſię dobrowolnie w ręce katowi podał, bierz mię wołaiąc; y tak na zgotowaney do ćwiertowania deſce rozciągniony. Tu za poprzedzaiącym Kapłanow napomnieniem, padli wſzyſcy na modlitwę; jeden zaś z przydanych im Kapłanow, zawołał: teraz przynaymniey weſtchniy do BOGA mowiąc: *BOZE Abrahama, BOZE Izaaka, BOZE Jakoba zmiłuy ſię nademną, a podług dobroci Twoiey, day mi potrzebne w tym czaſie oświecenie!* Na te ſłowa poyzrzał w Niebo winowayca, y podnieść ſię kazał, y o

Chrzeſt

http://rcin.org.pl

Chrzeſt proſił. Więc podobnież iak inni, przyſpoſobiony, ochrzczony, y ścięty był. Potym ciała wſzyſtkich przyſtoynie w trumnach złożone, do Kościołka na publicznym Cmentarzu wyſtawionego na przedmieściu odnieſione, gdzie do dnia drugiego ſpoczywały. Trup zaś obmierzłego Rabina, ktory w więzieniu znalezionym ſznurkiem, ſam ſię uduſił, według ſentencyi Dekretu, przez kata u końſkiego ogona uwiązany, wleczony przez Miaſto y na ſtóſie ſpalony, a proch na wiatr rozrzucony.

Na zajutrz rano z rozkazu Jaśnie Wielmożnego Paſterza, ktory umyślnie z Dobr ſwoich, na dzień ten ziechał, przy gromadney z świecami Szkoł, y Miaſta, Cechow, Bractw Proceſsyi, do Kościoła Katedralnego ciała zprowadzone; a po prześpiewanych Wigiliach y licznych Mſzach Swiętych podług ſzczegulnego iednego z tychże Nowochrzczonych żądania, a z woli Jaśnie Wielmożnego JMCi Xiędza Biſkupa, y Jaśnie Wielmożnych JchMć Pańſtwa Kaſztelanow Słońſkich, do Kościoła WW. XX. Jezuitow przenieſione; y po zwykłych obrządkach, przez ſamegoż Jaśnie Wielmożnego JMCi Xiędza Biſkupa ſprawowanych, tamże w grobie pochowane.

Fundacja im. L. Z. ... Ze zbiorów

XVIII.2.668.

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl
1423

http://rcin.org.pl

XVIII. 2. 668

http://rcin.org.pl